

V  
C  
664



L. 11. 49.

De Virtutibus Ducum et Elector.  
Saxon. Saxe Albertine

Vc  
664

AD.

SOLLEMNIA NATALITIA  
SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS  
SAXONIAE  
**FRIDERICI AVGVSTI**

PATRIS PATRIAEC CLEMENTISSIMI

PUBLICIS ORATIONIBVS

IN GYMNASIO GORLICENSIS

cliocc LXVIII. d. xxiii DEG.

HOR. IX. MAT.

CELEBRANDA

PRINCIPATVSQVE AVSPICIA PIIS VOTIS DEDICANDA

SENATVM AMPLISSIONVM  
MINISTROS ECCLESIAE PERREVERENDOS,  
COLLEGAS GYMNASII PRAENOBILISSIMOS  
OMNESQVE SALVTIS PVBLICAЕ AMANTISSIMOS  
EA QVA PAR EST HUMANITATE ET OBSERVANTIA

INVITAT

M. FRID. CHRISTIANVS BAVMEISTERVS,

AVGVSTI GYMN. GORL. RECTOR.



---

GORLICII, EX OFFICINA FICKELSCHERERIA.







**N**ostulat pietas, FRIDERICO AVGVSTO, Patri Patriae Indulgentissimo, deuota, ut cum semper alias, tum uel maxime hoc tempore, et laetitiae, ex secundissimo rerum Saxoniarum statu conceptae, sensum testificemur, et, uotis pro Principis Optimi incolumente religiosissime Deo nuncupatis, gratulandi officio defungamur.

Redit in fastis tertius et uicesimus dies Decembri, quo nec illustriorem, nec laetiorem uidisse contigit Saxoniae. Hoc enim die FRIDERICVM AVGVSTVM, populi Saxonici delicium, ante hos duodeuiginti annos induxit primum et commodauit terris benignissimi Numinis prouidentia.

Cuius quidem lucis iucundissimae auspiciatissimum ortum, quo quisque est Saxonum, qui non supplicationum sollemnibus consecrandum existimet, piumque et laetabile sibique gloriosum ducat, tot inter bonorum plausus et iubila, tot inter festas gratulantium acclamations, quibus, quanta quanta est, personat Saxonia, consociare cum uotis uota, summumque comprecari Numen, ut, saluo et sospite FRIDERICO AVGVSTO, salua perficit Domus Saxonica, et Patria, felicitatis perennitatem munimentis firmata, ad altissimum, quod optari, quod sperari potest, gloriae amplitudinisque fastigium laetissime euehatur.

Annua haec lux, natalitiis Serenissimi PR. ELECTORIS recolendis sacra, quamuis per se tantum habeat splendoris, nihil ut addi

addi posse videatur, ex eo tamen sit multo illustrior et ad omnem posteritatis memoriam multo insignior, quod ipso hoc natali die Pater Patriae Optimus Maximus aeratem, capessendis Regininis publici fascibus idoneam, consecutus, in suam uenit tutelam, fauissimo omne nouum Principatum auspicatus.

Quid in tanta tamque commemorabili rerum Saxoniarum conuersione, quae et nobis, qui uiuimus, et iis, qui post uicturi sunt, uberrimum felicitatis fructum non potest non impertiri, quid, inquam, tuum esse putas, Saxo, qui bonus es? Quid? nisi ut, quam carus sis commendatusque Deo, nosse discas, ut, coniectis in praeterita, praefentia, ac futura tempora oculis, perspicias, sapientissime benignissimeque, inde ab omni aeternitate, Dei consilio et cura omnia iam prouisa, parata, constiturae esse, quae ad stabilem diuturnamque Principatus Saxonici felicitatem, et ad Patriam cumulatis securae fortunae incrementis collocupletandam pertinerent.

Neque enim existimandum est, Principum ortum nascendique sortem in coeco fortunae casu ac temeritate positam esse, ita, ut non possit reddi ratio, cur his potius, quam aliis, parentibus, hoc potius, quam alio, tempore, hac potius, quam alia, indole animique et ingenii dotibus, studiis, propensionibusque nascantur.

Prouidentissime, ut omnia, ita uel maxime parendi imperandique ordinem constituit Deus, sapientissimeque constitutum suo regit et conferuat praesidio, terris ne desint, qui, reipublicae nati, ipsius Numinis dignitatem, decus, et maiestatem inter homines tueantur, eorumque, qui unam in ciuitatem coaluerunt, saluti propiciant.

Pium est, expresa luculentissimae huius prouidentiae diuinae uestigia in ELECTORE nostro longe clementissimo proprius contuerit, plurimumque ad iucundissimam hanc lucem, qua primum duxit spiritum FRIDERICVS AVGVSTVS, Augusta Saxonum propagine oriundus, pia recordatione recolendam habet momenti, natalium splendorem cogitatione complecti, uitiasque et paternas virtutes si noui commemorare uberiori, quis enim hoc potest digne? at certe attingere, ut ita intelligatur, hanc esse Principum Saxoniorum, a multis retro saeculis, gloriam propriam, ut fortes creentur fortibus bonisque boni, atque adeo virtus excelsique magnitudo animi cum ipso sanguine Heroo, successione non interrupta, in filios posterosque transfundatur.

Habet hoc Saxonia, beneficia omnis sapientiae parens et nutritrix, ut Principum, non minus doctorum, quam fortium, prouentu  
in pri-

in primis meritoque possit gloriari. Quis, ut remotiora praetereramus alia, quis non, religionis, quae piis debetur manibus, sensu commotus, quis non suauissime affectus recordando colit, colendo. que admiratur incredibile animi robur ALBERTI, a quo stirpis Albertinae, ad nostra usque tempora florentissimae, ultima repetitur origo, illius, inquam ALBERTI, quem summi quique Princes et Imperatores nunc HECTORA TEVTONICVM, nunc IMPERII, toties ab Ipso asserti, DEXTRAM, PATREM denique et CVSTODEM SALVTIS PVBLICAE, honoris caussa, appellatae non dubitarunt.

Qui cum, immortalibus editis operibus, diem obiret in Frisia, uirtutem, gloriam, fortunamque, uelut haereditate reliquit, cum imperio transtulit in filium HENRICVM.

Hic manu fortis, consilii plenus, uerae in Deum pietatis plenissimus, illufria Patris maiorumque ornamenta, per manus tradita, non retinuit modo, uerum quoque, belli pacisque artibus eminentissimus, meritorum auxit amplitudine, dignitatisque Electoralis, in progeniem suam transferenda, MAVRITIO ex se gignendo, iecit fundamenta.

Cuius quidem MAVRITII si uel indolem uere heroicam, hoc est Saxoniam, quae iam in Ipso puerulo fulsit, uel animi excelsi inuidie in omni euentorum varietate firmitudinem, uel prudentiam, probitatem, miramque recte agendi soleritiam, uel incredibile litterarum in Saxonia altius prouehendarum studium cogito, in tanti Nominis uenerationem totus conuersus, facile assentior iis, qui incomparabile hoc PRINCIPVM DECVS, ut Scipionem quandam, fulmen belli, at pari laude simul artium omnium et omnis doctrinae tutelare Numen uocarunt.

Morte praematura, nec opinata, in ipso acerrimo conflietu, ereptus Saxonibus MAVRITIVS, patriam reliquerat fratri AVGUSTO litteris decoratam, firmatam armis, armatamque legibus. Quibus, ut erat AVGUSTVS recti uerique constans et perpetuus assertor, omni severitate tuendis, imperium, iustitia partum, stabilituit, res domesticas publicasque prudentia parique constituit aequitate, corruptelis, si quea in forum aut sacrorum procurationem irasperant, intercessit, sancte integreque agendi studio testatus, se sibi, quam suis, deesse malle.

AVGVSTI, quem, tanquam in illustri positum monimento, exemplum sapientiae, frugalitatis, pietatis, virtutumque omnium omnis intuetur posteritas, huius, inquam, AVGVSTI uestigia stre-

nue persecuti sunt CHRISTIANI, filius alter, alter nepos, uterque Elector, uterque paternarum auitarumque uirtutum aemulus, uterque recle excellenterque agendo immortalitatem consecutus.

Quanta aequabilis animi constantia temporum, quae incident, difficultates excepereat Christianus I. tanta felicitate, consopitis breui intestinis patriae turbis, Saxoniam terroribus circumuentam expedituit CHRISTIANVS, filius, et Friderici Guilielmi, Saxonum Ducis, qui pro Electore impubere administrabat prouincias, exemplo incitatus, et ipsius Matris incomparabilis, aliorumque, qui fingendae CHRISTIANI adolescentiae prudenter adhibebantur, hortatu praceptisque conformatus.

De IO. GEORGIIS quid dicam, quorum Primus, CHRISTIANI II. frater, armis formidandus, consilio potens, rerumque gestarum exitu felicissimus, quid non suscepit conseruanda patriae causa? Qua ui animi in afferenda libertatis publicae curam incubuit? Quanto ardore legibus, inter ancipes tot bellorum uicissitudines, dignitatem, uim, auctoritatemque restituit? Quanta munificientia litteras, in fidem clientelamque receptas, fouit, aluit, altiusque prouexit, tanto dignior, cuius nomen ad omnem posteritatis memoriam commemoretur, quanto longius opera uirtutesque Eius mortale excessisse fastigium uidentur? Felix Parens, dum uixit, tot filiis, ad magnae fortunae cultum genitis excitatissime! Felicior, dum obit, redintegrata pacatissimorum temporum tranquillitate, quae, instar serenae lucis, ex turbido die redeuntis, noui Principatus, a IO. GEORGIO II. suscepit, auspicia reddiderat hilariora.

Hic pacis artibus, quibus eminebat, tantum consecutus est laudis, quanta tropaea ex praelio, in Austria cum Turcis inito, retulit IO. GEORGIVS III. cuius dextra, diuinitus armata, protritis fugatisque barbaris, Vindobonam ab obsidione, Caesarem a metu erpericulis, Germaniam, quam late patet, a deterrima liberavit seruitute, Heroicaque magnitudinis prodidit exemplum, posteris, uel serissimis, admirandum.

Nec mirari desinet posteritas uirtutis excellentiam, a tanto Patre ad filios successoresque IO. GEORGIVM IV. et FRIDERICVM AVGVSTVM propagatam, quorum Ille, diuturniore dignus uita, gratia paternoque prorsus amore, populi Saxonici, in dies, adiunctis semper incrementis, florentioris animos mire sibi deuinxit. Hic incredibili animi excelsitate, indole uere regia, diuinis ingeniis corporisque dotibus, effulssima in ciues clementia, fortitudine, innumerisque aliis, quae Regem Optimorum Maximum et Maximo-

rum

rum Optimum decorant, ornamenti omnem Europam in sui rapuit uenerationem.

Simili gloria monumentisque, aere perennioribus, nomen factaque, regali dignissima fastigio, commendauit immortalitati FRIDERICVS AVGVSTVS, filius, maximarum excellentia rerum uere augustus, cuius persanctos manes, quis est Saxonum, qui non religiosius colat, ultiroque fateatur, nec benignorem, nec amabilorem, nec in utraque fortuna constantiorem Principem diuinitus nobis dari potuisse.

Est Saxonum Principibus proprium, clementia, amore, ac mansuetudine potius de populo mereri, quam uel metu, uel ui imperio que ciues in officio continere.

Cuius gentilitiae mansuetudinis, infita bonitatis indele, retinensis FRIDERICVS CHRISTIANVS, quantos quamque mirabiles sui amores, dum uixit, concitauit, indulgentissimo quoque patre indulgentior? Eadem humanitate parique comitate cum insimis summosque exciperet, expositus omnibus et obuius, ad solis similitudinem proprius accessisse videbatur, qui non aliis splendet inopi, ac locupleti, non aliis humillimo cuique ac optimatibus. Cuius quidem solis nostri, paullo post ortum, aut in ortu potius ipso occidentis, splendorem cum interciperet nobis praematura fatuis, quanta tum caligine circumfulsat, quanto oppressam moerore uidimus patriam, quae in FRIDERICI CHRISTIANI funere propemodum seipsam efferre uisa est.

Has maiorum, omni laude cumulatissimorum, imagines dum ante oculos, penitusque animo impressos habet FRIDERICVS AVGVSTVS, Dominus noster ac PR. ELECTOR longe clemensissimus, quanto putamus ardore incalescere diuinum peccus ad aemulandas paternas auitasque virtutes? Quam feliciter in administranda republica animum & mentem SERENISSIMI PRINCIPIS ipsa cogitatione tot Heroum Saxoniorum, domi forisque eminentissimorum, conformari arbitrabimur?

Quicquid gubernaculorum imperii rite tractandorum prudentia desiderat artium, praefidiorumque, id omne FRIDERICVS AVGVSTO et liberalissima MARIAE ANTONIAE, Matris sine exemplo sapientissimae, educatio, et XAVERII, Administratoris adhuc terrarum Saxoniarum prouidentissimi, cura, prorsus paterna, solertia, usque subactissima experientia uberrime imperita est.

Tantae

Tantae ergo laetitiae, quantae spei, pleni, auguriis haud vanis  
dueli, ominamur, fore, ut innumera bona, largo sapientissimae e-  
ducationis fonte effusa, cum nouo Principatu in Patriam Procerum-  
que et ciuium ordines redundant. Caussis ita gaudendi uotaque  
nuncupandi cumulatis, nemo nunc est ex omni Purpuratorum co-  
mitatu, ex omni ciuium censu nemo, qui non ad festae gratulatio-  
nis societatem accedat, acclametque FRIDERICO AVGVSTO:  
FELICITER

Communis gaudii sensu commotae audent Musae nostrae, subti-  
midae illae quidem et uerecundiores, at uenerabundae et piae,  
obsequii fideique studium testificari, sollemnique gratulatione pie-  
tatem, FRIDERICO AVGVSTO addictissimam, comprobare.  
Orationibus publicis, crastina luce, iusu et auctoritate Magistratu-  
s Amplissimi, in Gymnasio et abs me et a iuuenibus spectati et  
ad decus excitatoris ingenii laude commendatis

FERDINANDO CHRISTIANO DE VCHTRITZ, Eqv. Luf.

ET

CAROLO IO. HENR. CLAVDERO, Dresdeni

habendis id propositum est. Sollemnem hanc panegyrin ut sua  
perhonorifica praesentia ornent Patroni et Fautores, enixe huma-  
nissimeque rogo. P. P. Gorlicii, cl*io*cc LXVIII. d. xxii. Dec.



Can-

# Cantate und Einrichtung des morgenden Festverlichen Actus im Gymnasio.

1. Wird der Rector Gymnasii eine deutsche Rede halten.
  2. Wird Ferdinand Christian von Uechtritz auftreten, und in einer ebenfalls deutschen Rede die devotesten Ehrerbietung und glückwünschende Freude zu bezeigen suchen.
  3. Carl Johann Heinrich Claußer, aus Dresden, wird mit einem französischen Vortrage beschließen.
  4. Hierauf folgt nachstehende Cantate.
- 

## Vor den Reden.

Coro.

**L**uf, Görlitz, besinge mit inniger Lust  
Die Wonne, die heute dein Innres entzücket!  
Da steiget er prangend vom Himmel herab  
Der Festtag, der Sachsen den Friederich gab,  
Den Churfürst, der Seine Getreuen beglücket.  
O lüste sie — — lüste die fühlende Brust!

Vom Anfange, bis — — entzücket!

Recitat,

Ach ja! Mit schnellem Lauff  
Gilt mein gerührtes Herz  
Zu Gottes Thron herauf,  
Ihm Dank und Preis zu sagen.  
Er, der für alle wacht  
Und niedern Staub selbst nicht veracht,  
Erlaubt es mir, mich auch zu ihm zu wagen.  
Dir, reicher Quell der größten Güttigkeit,  
Sey hier mein dankend Lied geweht!

Aria. Basso.

HErr der Thronen, grösster König!  
Worte sind doch viel zu wenig;  
Nimm mein ganzes Herz dafür.  
Dass mein Churfürst Friedrich blühet,  
Dass Er Sein Geburtsfest siehet,  
Dass Er herrschet, kommt von Dir.

Vom Anfange, bis -- Herz dafür.

Recitat.

Jedoch ein Blick in künfige Zeiten  
Lehrt, Vorsicht, um dein väterliches Leiten  
Und segt für Friedrichs Glück und Ruh  
Noch einen heissen Wunsch hinzu:

Coro.

Segne, o Vorsicht, Antoniens Sohn!  
Stütze noch ferner den Fürstlichen Thron!  
Friedrich soll leben und blühen und wachsen.  
Schütz' Ihn von oben mit mächtiger Hand!  
Friede und Wohlseyn erfülle das Land!  
Glücklich sey Görlitz, wie Lausitz und Sachsen.

Vom Anfange, bis -- wachsen.

## Nach den Reden.

Coro.

Singet dem HERRN ein neues Lied; die Gemeine der Heiligen soll ihn loben. Israel freue sich des, der ihn gemacht hat; die Kinder Zion seyn frölich über ihrem Könige.

Recitat.

Ja, Sachsen, auf, sey doch bemüht,  
Ein dankesvolles neues Lied  
Dem höchsten Könige zu singen  
Und ihm zum Opfer darzubringen.  
Wie hast du, in verfloßnen Jahren,  
Der Weisheit Führungen erfahren!  
Betrachte sie bewunderns voll  
Mit stilem Blicke.

Wie unermüdet sorgte vor dein Glücke  
Dein Friederich August,  
Dein König, deiner Augen Lust.  
Sieng nicht Sein sanftes Regiment  
Dahin, in allen Sachen,  
Nur dich beglückt zu machen?  
Allein des Höchsten Hand,  
Du armes Land!  
Schlug mit Ihm deine Lust darnieder,  
Jedoch zu grösster Freude hob  
Dich GOTT von deines Fürsten Asche wieder.  
Dein Friedrich Christian, voll Liebe  
Und Weisheit zierte den Fürstenstuhl;  
Aus einem väterlichen Triebe  
Zog Sein, dir allzeit offnes, Ohr  
Dein Wohl der eignen Ruhe vor.

Basso.

Wiewohl, ein kurzes Glück!  
Das, da du es kaum recht empfunden,  
Schon wiederum verschwunden.  
O welch ein Blick!  
Wenn sich das Erdreich bebend regt  
Und wenn nach Blitz der Donner durch einander schlägt,  
Was fühlt da nicht das ängstlich zitternd matre Herz  
Für einen bangen Schmerz!  
So wurde dir  
Zu vielfacher Angst, eh' du es geglaubt,  
Dein Churfürst entrissen, dein Vater geraubt.

Soprano.

Doch, glücklichs Sachsen! sprich,  
Sorgt nicht dein GOTT vor dich?  
Quillt nicht aus Friedrichs Blicken  
In dich ein sanft Entzücken?

Aria. Tenore.

Freue dich, Sachsen und Lausitz stimm' ein!  
Friedrich wird beyden an Vaters statt seyn,  
Beyde mit Weisheit und Güte regiren.  
Ja in jedem Seiner Blicke  
Lässt sich euer künftig Glücke,  
Euer Wohl zum voraus spüren.

Vom Anfang. bis -- regiren.

## Racitat.

Auch Görlis blicke hin  
 Mit still zufriedenem Gemüthe  
 Auf deines Friedrich Augusts Gute.  
 Du hast bisher es wohl gefühlt,  
 Wie Furcht und Angst und Schmerz,  
 Bey vieler Noth, die bange Brust durchwühlte;  
 Wie manches Haus der Brand verheret;  
 Wie Kriegeswuth dein Feld verheeret;  
 Wie deine Handlung ihren Flor  
 Bey so gehäusster Unglückslucht  
 Bisher verlor.  
 Das hört voll Mitleid Friedrichs Ohr  
 Und lässt dir, nach langem Weinen,  
 Die Freuden sonne scheinen.  
 Auf, Görlis! auf! und säume nicht  
 Bezeug Ihm deine Treu und Pflicht  
 Und traue dein Glück und deine Ruh  
 Dem allerbesten Fürsten zu.  
 GOTT, der Ihn auf den Thron gesetz,  
 Wird dir durch Ihn dein Wohlseyn bauen  
 Und du wirst mit Bergmügen schauen,  
 Dass die nicht irre gehn,  
 Die ihm, dem HERRN, von ganzem Herzen trauen.  
 Wohlan! erhebe dich!  
 Dein Herze schicke sich,  
 Dem HERRN der Herren zu gefallen;  
 Lasz ihm vor seine Huld  
 Lob, Preis und Dank erschallen.

## Choral. No. 175. v. 3.

Es danke, GOTT, und lobe dich das Volk in guten Thaten; das Land  
 bringt Frucht und bessert sich, dein Wort ist wohl gerathen. Uns segne Vater und  
 der Sohn! uns segne Gott der Heilige Geist, dem alle Welt die Ehre thut, für  
 ihm sich fürchte allermeist! Nun sprechet von Herzen: Amen.



**ULB Halle**  
007 432 178

3





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-615504-p0016-9

DFG

De Virtutibus Ducum et Elector.  
Saxon. Sineæ Albertinae

Vc  
664

AD.

SOLLEMNIA NATALITIA  
SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS  
SAXONIAE

FRIDERICI AVGVSTI

PATRIS PATRIÆ CLEMENTISSIMI

PUBLICIS ORATIONIBVS  
GYMNASIO GORLICENSIS  
cœcccLXVIII. d. xxiii DEG.

HOR. IX. MAT.

CELEBRANDA

SQVE AVSPICIA PIIS VOTIS DEDICANDA

M AMPLISSIMVM  
ECCLESIAE PERREVERENDOS,  
GYMNASII PRAENOBILISSIMOS  
SALVTIS PUBLICAE AMANTISSIMOS  
PAR EST HVMANITATE ET OBSERVANTIA

INVITAT  
CHRISTIANVS BAVMEISTERVS,  
AVGVSTI GYM. GORL. RECTOR.



EX OFFICINA FICKELSCHERERIA.

